



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Promissio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

PRIVILEGIUM. 655

publicationem constitutionis creatus sit, perpetuo, & in omnibus seruari volumus. Declarantes pretium semel censui constitutum nunquam posse ob temporum qualitatem seu aliud accidens augeri, vel minui. Hanc legem non extendimus ad contractus celebratos, sed hortamur in Domino, ut piorum censura contractus subijciant. &c. Dat. Rom.

Primitiæ. vide tit. Decimæ.

PRIVILEGIUM.

Privilegia contra ius commune strictè sunt interpretanda. cap. 12. num. 79. Et ipsam ius commune continet multa privilegia, ad pacandas conscientias deseruientia. cap. 25. num. 85. in fine. Privilegia verò canonis & fori pertinent ad characterem ordinis. cap. 27. num. 202.

PRODIGALITAS est vitium inclinans ad appetitum inordinatum effusionis pecunie, contrariatur liberalitati, & de se est venialis, nisi ad damnum proximi. nam tunc est mortalis. cap. 23. num. 69. 70. 37.

PROFESSIO, vide tit. Religiosus.

PROMISSIO.

DE promissione facta meretrici, & quomodo debet eam petere, vide Meretrix.

Pro

Promissio de re notabili obligat sub mort. cap. 17. num. 6. 7. Secus de promissione ficta. Peccatque mort. qui fictè promittit, si damnnum sequitur inde notabile tertio. cap. 11. num. 6.

Promissio ad mort. obligans est vera, deliberata, voluntaria, nuda, rei licita, possibilis, & notabilis, quam mutatio rerum non enervat, & comprehendit tam votum Deo factum, quam promissum homini expressum, vel tacitum. cap. 18. num. 6. Et ad promissionem sufficit, & requiritur eadem deliberatio que ad votum. num. 7.

Promissionis causa principalis, si non fuit vera, non obligat, quando promittens noluit se obligare sine tali causa. num. 6. Imò si non exprimatur causa etiam vera non obligat in foro exteriori, quia præsumitur animus non se obligandi. num. 6.

Promissio nuda obligat iure naturali divino, & canonico. Metu, vel dolo extorta non obligat in utroque foro, nisi iuramentum adsit. num. 7.

Promissio rei illicita vel impossibilis non obligat: nec quando venit notabilis mutatio rei, vel personæ: vel altera pars remittit promissum: vel non implevit id, ob quod facta est promissio. num. 7.

Mutua promissio sine respectu alterius promissio

promissionis, non deobligat vnum, quamuis alter non faciat promissum, nec vice versa. ibidem.

De promissione facta Virgini deflorata: vide Luxuria.

PROPOSITVM virtuale vlteriùs non peccandi sufficit ob defectum temporis, vel considerationis ad veram poenitentiam, sed per se requiritur formale. cap. 1. num. 10. 12. & propositum satisfactionis requisitum ad Contritionem, sufficit aliquando virtuale. num. 15. 43. Et idem ad attentionem diuini officij, & ad conficienda Sacramenta. Nou. num. 13.

PROXENETA, vel licitator, recipiens aliquid ad vendendum, & retinens sibi partem pretij, peccat mort. cum obligatione restituendi, nisi accipiat pro iusto stipendio: modo non promiserit se gratis venditurum. cap. 23. num. 97. Quòd si vendit plus quàm certum pretium, illud plus potest sibi accipere, si ea fuit mens Domini, vt illud pro stipendio accipiat: idem quando reddit sua industria rem pretiosiore, cum tamen non teneretur ad hoc, potest excessum sibi retinere. num. 99.

Qui iusto stipendio non contentus dixit Domino, neminem dare plusquam centum, & accepta potestate dandi vendidit pro

T t centum